



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 160. Joannis Deckerii Jesuitæ liber de annis Christi a Baronio Cardinale  
acri censura perstrictus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

§. CLX.

Sæc. XVII.  
A. C. 1605.

*Joannis Deckerii liber de annis Christi  
a Baronio Cardinale acri cen-  
sura perstrictus.*

Hoc item anno Græcii in Styria Joan-  
nes Deckerius natione Belga Je-  
suita prolixam admodum edidit dispu-  
tationem sub titulo: *Velificatio seu di-  
sputatio de Anno ortus ac mortis Domini,  
deque Universa Christi in carne Oecono-  
mia.* In ea hic Author præter alia plu-  
rima absurda Christum anno ætatis suæ  
trigesimo secundo baptizatum, ac tri-  
gesimo sexto Cruci affixum esse propu-  
gnabat: cum vero hæc lucubratio gra-  
vium ac doctiorum Societatis Theolo-  
gorum approbationem præferret,  
Auctorque novam hanc doctrinam suis  
discipulis palam tradidisset, necnon Lau-  
rentio Suslyæ juveni Studiofo publice  
defendendam commisisset, non levis  
inde rumor oriebatur, quo etiam Ro-  
mam delato Cæsar Baronius Cardina-  
lis hanc novitatem acriori censura per-  
stringere, eamque suis Annalibus inse-  
rere voluit, his verbis conceptam: *Hæc  
disputatio universalis Ecclesiæ de annis Christi  
& tempore passionis ipsius Chronographice  
adversatur: ea ipsa nostra consutatione non  
indiget, quod piorum aures nec audire sal-*

*Baron. Ap-  
parat. ad  
annales  
n. 129. t. 1.  
Alegambe  
Bibl. Societ.  
Alphons.  
Vargas Re-  
lat. p. 6.*

Ss 3 tem

Sæc. XVII. *tem patienter admittant temere præsumptam*  
A. C. 1605. *novitatem, qua primum contra Lucam Evan-*  
*gelistam, asserentem Jesum Christum Do-*  
*minum nostrum baptizatum, cum esset æ-*  
*annorum triginta, affirmetur idem bap-*  
*tus anno ejus ætatis trigesimo secundo*  
*choato, Cruci vero affixus, cum ann-*  
*jam ageret suæ ætatis trigesimum sextum.*  
*Par erat, dignumque, probatum, eruditum-*  
*que Sacerdotem horum auctorem non cir-*  
*cumferri omni vento doctrinæ, sed insister-*  
*in his omnibus Sanctorum Patrum testimoniis.*  
*Et quam reperisset concursu omnium jam*  
*hactenus tritam viam, eandem reddet (ut-*  
*cunque liceret) succisis sentibus cultorem.*  
*Quod si, ut sua firmaret, quæque ad-*  
*santia uti mendosa redarguens, pro arboribus*  
*emendavit: Et textum inter legendum de-*  
*rens vitiatum sæpe correxit, ut quod con-*  
*retur astrueret: quanto licentius pro iurata*  
*totius Christiani orbis sententia, Et con-*  
*firmanda jam vulgata, ab omnibus re-*  
*cepta de Christi annis assertione id facer-*  
*licuisset? quæ enim consuetudine universali*  
*Ecclesiæ roborata sunt, haud convellenda*  
*esse, docet S. Augustinus ad Januarium.*

## §. CLXI.

*Hugonottarum motus in Gallis.*

*Hist. du Pro-*  
*gres du Cal-*  
*vinis. l. 8.*

**S**ub idem tempus Hugonottæ in Fran-

cia pro augenda sua secta novos la-

scita-